

Rhamphantes & Egypti ut illi ajunt, descendisse vivum fertur sub terram, eō ubi Graci opinantur, sedes infernas p̄t Rēx. Feriae & Egypti. quando victorem, aliquando vīctum fuisse: & suisū iterū fuisse reversum; minus ab ea obtinente, mantile scilicet aureum. Tempus à Rhamphani descensu ad redditum, dicebant feriarum esse; idque ego ad memoriam meam scio obseruatum: & Sacerdotes pallium quoddam, quod intra unum diem detexerunt, uni ē suis induere, & oculos mitra obducere: quem gestantem pallium, ubi in via deduxerunt, fert ad Cereris templum; ipsos redire, illo relicto. Hunc autem Sacerdotem, oculos velatos habentem, ajunt à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab Urbe viginti stadia abest, & in eundem locum à lupis reduci. Vultur Cereris aliter accipitur apud Latinos: equidem illud reliquit, evanescente corpore, dum raperetur à Neptuno. Natal. Com. lib. 5. Mytholog. cap. 14. & Gyrald. Syntagm. 14. n. 10. Egitius, Tom. 2. T. 10. D. 7. n. 3. ex Petra-Sancta, de symb. Heroic. lib. 9. cap. 5.

DIES II. MARTIJ.

VI. N.

Grad. 12. Solis in p̄sib. Felix: Dariotus. At à Firmico econtra, quippe sub illo nati pescatores & phrenetici. Andromeda oritur in hoc gradu & juxta eundem lib. 8. cap. 17. & Junctin. lib. 5. sub illo nati, crudeles & carnifices obijcendi feris & in crucem tollendi. Idem Pontian. ut vidimus Isagog. Februar. n. 4. Etiam Oriuntur Chela & Libra. Albumasar. Vendemitor oritur, immaturus aer. Aetius, & Granuys. Arcturus occidit matutino. Ptolom. & Columell. Translunum Navis Argus vesperè oritur. Junctin. K. A. Præcedens in femore Herculis manè oritur. Alsted. Uranom. Juvenis bene ornatus retrò respiciens. Sphaer. Arab. Trigonus manè oritur. K. R. P. de Triangulo, seu Delta, in Isag. n. 6. E regione Arietis seu Numinis Ammonis collocatur ab Egyptijs, dicuntque Portam triquetram, per quam Dij in Egyptum ingressi: ita ut Domum Deorum immortalium, Numenque cœlum existimaverint. Kirch. 2. Oedip. Copt. p. 2. class. 7. cap. 7. Manil. 5. v. 723. Deltotonque tribus facibus. Vid. Hygin. de Sign. caelest. n. 18. German. Cæsar in Phænom. Arat. n. 17. describit siccine: Est etiam propiore Deum cognoscere signo Deltoton, si quis donum hoc spectabile Nili, Divitibus veneratum undis in sede notarit.

German. Cæl.

Rhamphantes & Egypti ut illi ajunt, descendisse vivum fertur sub terram, eō ubi Graci opinantur, sedes infernas p̄t Rēx. Feriae & Egypti. quando victorem, aliquando vīctum fuisse: & suisū iterū fuisse reversum; minus ab ea obtinente, mantile scilicet aureum. Tempus à Rhamphani descensu ad redditum, dicebant feriarum esse; idque ego ad memoriam meam scio obseruatum: & Sacerdotes pallium quoddam, quod intra unum diem detexerunt, uni ē suis induere, & oculos mitra obducere: quem gestantem pallium, ubi in via deduxerunt, fert ad Cereris templum; ipsos redire, illo relicto. Hunc autem Sacerdotem, oculos velatos habentem, ajunt à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab Urbe viginti stadia abest, & in eundem locum à lupis reduci. Vultur Cereris aliter accipitur apud Latinos: equidem illud reliquit, evanescente corpore, dum raperetur à Neptuno. Natal. Com. lib. 5. Mytholog. cap. 14. & Gyrald. Syntagm. 14. n. 10. Egitius, Tom. 2. T. 10. D. 7. n. 3. ex Petra-Sancta, de symb. Heroic. lib. 9. cap. 5.

Grad. 12. Solis in p̄sib. Felix: Dariotus. At à Firmico econtra, quippe sub illo nati pescatores & phrenetici. Andromeda oritur in hoc gradu & juxta eundem lib. 8. cap. 17. & Junctin. lib. 5. sub illo nati, crudeles & carnifices obijcendi feris & in crucem tollendi. Idem Pontian. ut vidimus Isagog. Februar. n. 4. Etiam Oriuntur Chela & Libra. Albumasar. Vendemitor oritur, immaturus aer. Aetius, & Granuys. Arcturus occidit matutino. Ptolom. & Columell. Translunum Navis Argus vesperè oritur. Junctin. K. A. Præcedens in femore Herculis manè oritur. Alsted. Uranom. Juvenis bene ornatus retrò respiciens. Sphaer. Arab. Trigonus manè oritur. K. R. P. de Triangulo, seu Delta, in Isag. n. 6. E regione Arietis seu Numinis Ammonis collocatur ab Egyptijs, dicuntque Portam triquetram, per quam Dij in Egyptum ingressi: ita ut Domum Deorum immortalium, Numenque cœlum existimaverint. Kirch. 2. Oedip. Copt. p. 2. class. 7. cap. 7. Manil. 5. v. 723. Deltotonque tribus facibus. Vid. Hygin. de Sign. caelest. n. 18. German. Cæsar in Phænom. Arat. n. 17. describit siccine: Est etiam propiore Deum cognoscere signo Deltoton, si quis donum hoc spectabile Nili, Divitibus veneratum undis in sede notarit.

German. Cæl.

Tris illi laterum ductus: aquata duorum
Sunt spatiazunus brevior, sed clarior ignis.

2 Mors Malalel, filij Cainam sub Noë, Obitus Ma-
ann. 296. ante diluvium. Eutych. in Annal. lalel.

Alexandr. qui subdit, jam jam moriturum vo-
casse filium Jared, patrem Henoch, & præ-
cepisse, à monte, in quem recesserant fami-
liae Seth, nunquam descendere propter pe-
riculum filiarum Cain. Unde dicitus Jared,
id est, descensus, quia in diebus suis, filij
Seth, qui dicuntur filii Dei, descendentes
de monte prævaricati sunt. Alvare. de To-
led. Histor. Eccles. lib. 2. cap. 22. Non fuisse
primogenitum, sed propter pietatem ius
acquisisse; astruit Genebrard. Ann. 460. In-
ter Hebraeos, necdum inchoato anno se-
cundo ab exitu Egypti, oblato Nathanael
Principis tribus Isachar, in erectione
& consecratione Tabernaculi, eisdem mu-
neribus, quibus Dux Juda, die 1. n. 2. Nu-
mer. 7. 18. Hoc etiam die à Seder-Ol. cap.
7. & Leonard. Mario in K. signatur aqua
lustralis ex vacca rufa in cineres redacta cum
cedro hyssopo, cocoque bis tincto, & af-
persi pro peccato cuncti Israëlitæ. Numer. 19.
à 1. Hebr. 9. à 19. In terra Promissionis, ait
Hieronym. Epist. 27. Montis Oliveti, in quo
per annos singulos Vacca rufa tremabatur in ho-
locaustum Domino; & cuius cinis expiabat po-
pulum. De aqua lustrali Ethniconum, die
26. n. 4. Ab Adrichom. describitur post
prodigium virgæ Aaron in Tabernaculo
floridae. Vid. d. 26. & n. cit. Anno 1.
Ducatus Josue in initio mittuntur explo-
ratores in Jericho. Serar. in Josue lib. 2.
cap. 2. & Commentar. in cap. 6. quæst. 31.
Abulens. hic à quæst. 9. & in cap. 4. quæst. 2.
Vidimus pridiè Philonis Biblij sententiam,
sed Rabbini sentiunt fuisse Phineën & Ca-
leb, hunc senem, & illum summum sacer-
dotem, illosque iussisse Josue simulare stultitiam, amentiam, vel fieri mutos. Ita R. Sal-
omon. Alij asserunt missos fuisse opifices
ac magistros rerum mechanicarum, vel fi-
ctiles ollas testasque gestasse; cum illisque
pervenisse in Jericho. Serar. d. Post annum
septimum Principatus Josue (ut optimè
computant Theodoretus in Josue, quæst. 16.
Abulens. in 11. Josue, quæst. 11. & 90. Ar.
Montan. Masius, & Serar. in cap. 12. quæst. 3.)
decreta est sors terræ promissæ inter novem
& semis tribus Israël: quia Moyses trans
Jordanem jam divisera terram inter Gad,
Rubem, ac Manasse dimidiam tribum. Nu-
mer. 34. 14. Ita Joseph Gorionides in Hi-
stor. Judaic. ex Josue 14. In hujusmodi con-
silio decreta prima sors tribui Juda: 15. 1.
Eo-

Nascitur
Obed. Eodem die nascitur è Rhutide Obed avus
David. Rachi, & Reulin. Vide 25. Ju. n. 7.

3 Zorobabel anno secundo Darij His-
taspius nunciatus Judæis, qui erant in Babylo-
nia, facultatem obtentam & optatam re-
deundi in patriam. 3. Esdr. 5. 6. Eodem in
die anno octavo Artaxerxis, finis sumptuo-
si apparatus celebratissimi nuptiarum Etheris
cum illo. Vide 2. Decemb. n. 3. Immo ut placet
Rabbinis, præ pulchritudine nimia Estheris
accelerata sunt nuptiæ, ut ibid. dicemus, n. 4.

4 Anno ab hinc 248. & à victoria
de illo parta, à Ptolemæo Philopatore,
ann. 5. Antiochus Magnus, inertiam, luxu-
riem Egypti Regis explorans, quoniam
mancipium erat Veneris & Agathocleæ me-
tricis, majestatis ostentus (ut ait Justin.
lib. 30.) aggreditur valido exercitu in Ju-
daem subditam Ptolemæo (prius expugna-
tis, quas primo bello amiserat, urbibus
Pheeniciæ & Coelesyriæ) Tandem vîctor An-
tiochus Judeam sue ditioni adiecit: inquit Jo-
seph. lib. 12. Antiq. cap. 3. Inhiavit etiam
Egypto, mortuo Philopatore, & ejus filio
Ptolemæo Epiphane, quinquenni relicto,
verum sub tutela Romanorum; qui eum ab
Egypto removerunt cum tuto exercitu,
uti dicemus, 5. Octobr. n. 5. Augustin. 18.
Civ. cap. 45. asserit, Judæos subtractos ab
Antiocho, rursus sub jugo traxisse Ptole-
mæum Epiphaneum. Ex similibus articulis &
nomine Antiochi in utroque Syriae Rege,
orta est diversitas opinionis, signantis tem-
plum sub Magno erectum in Egypto, à
quodam Onia Hebræorum sacerdote, simi-
le Jerosolymitano, cum illi faveret Ptole-
mæus Epiphane; cui sententia adhærente
videtur Hieronymus, in Daniel. 11. 14. Ve-
rum cùm communiori sententia Sacerdos
ille signet filius Onia Sancti, & sub Regis
Egypti Philometore, atque Syriae An-
tiocho Epiphane; tempus antevertitur tem-
pli in Egypto extructi, ut vidimus 24. Ja-
nuar. à n. 5.

5 Anno uno antequam præfatus Onias
è Jerosolymis fugeret in Egyptum juxta
Briet. & tertio, postquam pater ejus amo-
tus à Summo Pontificatu per fratrem Jas-
onem; hic etiam ab Antiocho Epiphane de-
positus fuit à munere surrepto fratri. Post
triennij tempus dicitur, 2. Machab. 4. 23.
Id est, post triennale tempus ab initio pri-
mæ Antiochi expeditionis in Egyptum,
dum rediit triumphans, ut inquit Serar. hic.
Perfidus ambitioso tetendit insidias. Peta-
vio placet, extructas fuisse patilo antequam
Epiphanes denuò Egyptum peteret; quod

Tom. I. Ephem.

rationalius videtur, ex excursione Jasonis
in urbem facta, de qua, 15. April. n. 5. Ita
ergo instructus est dolus, ut referatur à v. cit.

Menelaus frater Simonis Benjamitæ (tem-
pli qui fuerat præpositus, & ob seditiones
ab Onia Sancto è templo & urbe fuerat eje-
ctus, ut referendum, 11. Decemb. n. 4.)
non frater Onia & Jasonis (ut delirat Jo-
seph. 12. Antiq. cap. 6.) Jasoni moribus erat
ac familiaritate conjunctus. Hoc usus pseu-
dopontifex Jason, ad quodlibet facinus ha-
bili (qua de causa cum Epiphani commen-
dabat, uti strenuum, industrium, & cuivis
muneri aptum) ut talenta promissa Regi
pro Summo Sacerdotio, cum alijs xenijs
portaret. Abusus ergo amici commendatione
ac vulnerata fide, Menelaus tradita
creditaque talenta suo nomine obtulit An-
tiocho, additis alijs trecentis; quibus in se
retorsit emens à Rege sumnum, quod prius
Jason emerat, sacerdotium. Quo quidem
plenus rubore Jason, sicut Sanctum Oniam
computerat migrare in Daphnem sine ofi-
cio; ita deceptus ab amico à munere usur-
pato amotus, fugit in Ammanitem. Sic er-
go Menelaus acceptis mandatis à Rege, Je-
rosolymam venit: Nihil quidem habens dignum
sacerdotio: animos vero crudelis tyranni, & fer-
bellæ iram gerens. Ibid. à v. 25. Serar. Redan.
& Sanctius hic à n. 15. Briet. Ann. 3833. Tor-
niell. 3882. Adrich. 3792. Genebr. 3911.
Petr. Comest. in Esther. cap. 11. & Petav. 1. p.
Rationar. tempor. lib. 4. cap. 9.

6 Ex Sumini Pontificatus vicissitudi-
ne præfata mendacium comminiscitur Jo-
seph. lib. 12. cit. Concitata per Jasonem (ait)
contra novum Pontificem Menelaum seditione, &
populo in partes scissi; Tobie filii steterunt à
Menelaus partibus. Major autem populi pars fa-
ctionem Jasonis sequebatur: quorum vim non
sustinentes, Menelaus & Tobie filii recesserunt
ad Antiochum, dicentes, se velle relictis patrijs
Sedilia pro-
institutis ac legibus, religionem Regis & Graca-
ios Pontifi-
cios ritus assumere: rogaveruntque Regem, ut ces.
sibi permitteret gymnasium Jerosolymis struere,
&c. Pontificatu Menelai, nec hujus occasio-
ne minimè erectum Jerosolymis gymna-
sium; sed sub Jasonem in initio regni Epi-
phanis. Menelaus autem in Pontificem ele-
ctus est postquam triennio Jason munere
functus erat. Liquet, 2. Machab. 4 à v. 7.
& 34. Qui fuerint filii Tobiae, videris, 18.
Novembr. n. 6. (Menelaus ergo non diu in
empto Sacerdotio persistit, quoniam ab ele-
ctore depositus simulatque promissa non
solvit. Videbimus, 2. Septembr. n. 12.) De
toto articulo fusæ actum, 15. Januar. à n. 2.

Aaa 2 Post

Pro illo
Menelaus
eligitur.

Qui pessi-
mus.

Machabaei
prima vi-
ctoria de
Lysias.

7 Post sex annos calculatione Saliani, sciens suorum vel sub magnis Ducibus cladem (de quibus d. 28. n. 6. & 9. April. n. 6.) Lysias, quem designaverat, Vicarium Antiochus in toto regno (ut relatum, 26. Januar. n. 7.) ne incuria tribueret Epiphanes tot adversa, ex quo Machabaeus superavit exercitus a se missos; cogitavit, & delere ignominiam, & resarcire damna. Quapropter anno sequenti, ut ait Josephus, 12. Antiquit. cap. 11. ex 1. Machab. 4. 28. die Nisan, secundum, uti adsignat. Rauclini congregatis lectissimorum militum sexaginta milibus, & equitum quinque; Judream ingressus, montana ascendit, & castra posuit in Bethorona, quo loco anno precedenti Seronem, a se missum, vicerat Judas. Adi 26. Januar. cit. Lysias haud felicior ceteris ducibus: etenim eadem fortitudine ac in Deo fiducia, tantoque in hostes Judas impetu invectus est; ut in primo congressu quinque millia fortissimorum straverit: qua clade tantum terroris phalangibus incusit; ut fugam continuo cuperent. Lysias ergo videns suorum fugam, & statutum a Judaeis aut mori, aut libertatem afferere; titulo quarendi mercenarios milites ad auxilia in opportunius tempus, sed revera ut suam & suorum infamiam occuleret; quasi fuisse duntaxat velitatio, in regiam recessit, ut alijs proveret, & facta Antiocho quamprimum nunciaret. 1. Machab. 8. à 28. Petr. Comest. cap. 2. Serar. Alapid. Redan. & Sanctius hic. Genibard. Ann. 3926. Adrichom. 3800. Salian. & Briet. 3889. & Torniell. 3890. n. 1. Machabaeus ergo statim decrevit mundare sacra, ut in templo rediret sanctificatio; ut videbimus, Maij. 2. n. 6.

8 Ab illustri haccine victoria anno 24. juris sui esse cooperunt Judaei, quoniam ex iactura regni Syriae coepit & florescere regnum Judeorum; ut observat Genebrard. Ann. 3952. igitur Simon cum misisset ad Nicatorem Ciliciae degentem aurum coronarium & ratum foedus inter utrumque adversus Tryphonem, quod indicat vox Bahem: id est, Inter nos (etsi nonnulli exponant cum corona missum monile aureum, armillam, baltheum, palmam, ramum, aut sceptrum) Demetrius, ut confitat ex diplomate, 1. Machab. 13. à 36. Judaeis concessit, ut deinceps in perpetuum non dicerentur Regum Syriae subditi, sed socij; ut potè suas leges & juxta illas Principem habituri, cuius tempus signetur in auctis publicis & privatis, sicut prius a Nabucho numerabatur: & post a Seleuco Nicanore. Unde ubi sup. à v. 41. di-

Incipit re-
gnum Ju-
deorum, ac
libertas sub
Simone.

citur: Anno 170. ablatum est jugum Gentium ab Israel, & cepit populus scribere in tabulis & gestis publicis: Anno primo s. b. Simon, Summo Sacerdote, Magno Duce & Princeps Iudeorum. Serar. Sanctius & Lyranus, hic, cum Petro Comestore, cap. 14. Petav. de Doctrina Tempor. lib. 10. cap. 31. & 1. p. Rationar. lib. 4. cap. 10. Salian. Turfellin. Briet. ann. 3913. Adrichom. 3824. Torniell. 3912. n. 4. & denique Genebrard. 3952. qui addit: Rex Demetrius Simonis Principatum & Sumnum Sacerdotium confirmavit in eternum, donec surgeret Propheta fidelis, id est, Christus; de cuius proximo adventu celebrimi erat fama. Verum hoc privilegium tunc non concedit, nisi post legationem Simonis ad Romanos; ut dicunt ibid. cap. 14. à 38. quæ facta anno 15. quenti, & juxta Salian. & Torniellum, post biennium.

9 Anno Christi 31. cum pridie de illo Joannes Baptista præbuisset testimonium, hac die videns ad se venientem Salvatorem, digito circumstantibus ostendit, dicens: Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccatum mundi. Epiphanius. H. 51. & Alapid. ex Joan. 1. 29. Ann. ultimo prædicationis Christi, sub festum Pasche, ab illo è mortuis suscitatur Lazarus. Ibid. n. 57. Alij alibi signant, & factum miraculum, ann. Christi, 32.

10 Roma post triumphum Valer. Poppicolæ de Tarquinis, funus Junij Brutii. Plutarch. in eo, & Liv. 2. sect. 20. Præmissus, 28. Februar. n. 13. Sacra etiam Martis Victorii. Causa refertur à Valer. Max. Martis auxilium (ait, lib. 1. cap. 8. n. 6.) quo virtutem Romanorum adjavit, nonne memoria celebrandum est? Cum Brutii atque Lucani odio incitatisimo, maximisque viribus Thurine Urbis peterent excidium, ac præcipuo studio incoluntatem ejus C. Fabricius Luscinus Coss. protegeret; resque aicipe eventu, collatis unum in locum utriusque partis copijs, gereretur; non audientibus Romanis prelio congregati, eximis magnitudinis juvenis, priuam eos hortari ad capessendam fortitudinem caput; deinde ubi tardiores animadverterit, arreptis scalis per medianam hostium aciem, ad contraria castra evaserit; & ad motis, vallum confundit. Inde voce ingenti clamans, factum victorie gradum, & nosros ad aliena castra capienda, Lucanos Brutiosque ad sua defendenda, illuc traxit; ubi conferri dubio certamine terrebantur: sed idem impulsu armorum suorum prostratos hostes, jugulando capiensque Romanis tradidit. Viginti millia cesa, quinque millia cum Statio Statilio Duce utriusque gentis & tribus, atque viginti militaribus signis ea-

Funus Ju-
ni Brutii.

Sacra Mar-
ti Victorii.

pta sunt. Postero die cum Coss. inter honorandos, quorum strenua opera fuerat visus, Vallarem coronam ei se servare dixisset, à quo casta erant oppressa, nec juvenis id premium qui peteret, inventaretur & cognitum pariter ac creditum est, Martem patrem populo suo adfuisse. Inter cetera hujusce rei manifesta indica: galea quoque duabus distincta pinnis, qua celeste caput rectum fuerat, argumentum probavit. Itaque Fabricij editio, supplicatio Marti est habita, & à laureatis militibus magna cum auromorum latitia oblati auxilijs testimonium ei est redditum.

11 Idem refert Ammian. Marcellin. lib. 24. Martisque Victoris imaginem exhibet Hemelar. Aur. numism. Tabul. 1. & 48.

*Imago
Martis Vi-
ctoris.*

Mars Victor galeato capite, basia armatus, rophrum humeris portat. Gradivus basia & signo militari, velo præcinctus: quod an cinguli militaris, zona, aut baltei, quo militie honor consisteret, loco & symbolo sit; ambigo. Discriben hujs in imagine à Jove Victore, erat penes insignia: equidem Jupiter pingebatur stans hætta lumen & dextræ victoriolam præferens, adstante infrâ, Jovis alite aquila. Idem ibid.

*Sacra Mer-
curio Lega-
to.*

12 Etiam in hac die sacra Mercurio Legato, cuius symbolum & insigne Caduceus. Salas in Parerg. Eius munera alibi dicemus, modo ut Legati, de quo saepe Lucianus, maxime in dialogo Mercurij & Majæ. Antiqui ad instar Herculis finixerunt aurea catenæ auribus hominum annexâ, mortales quocumque collibusset, trahere solitum. Natal. Comes, 5. Mytholog. cap. 5. & Chartar. pag. 227. qui ait: Hercules idem erat cum Mercurij Numine, propter vim eloquentie, quam testatur imago apud Gallos. Tunc Mercurius

*Dictus
Hercules
Ogmius.*

dictus Hercules Ogmius: de quo illustre emblema apud Alciatum, quod eruditione illustrat Cl. Minos. Fabula excerpta ex Luciano. Ratione eloquentiae, Legatus Pyrrhi

*Cyneas
Orator elo-
quentia pol-
lens.*

Cyneas vocatus Mercurius & Hercules Gallo: cuius energiam cum cognoscerent Romanii, nihil de pace cum Pyrrho decernere in Senatu voluerunt, ni prius Orator ab urbe exiret: foeminas munieribus, viros eloquentia devicerat. Plutarch. in Pyrrh. Gallenus in suafor. infit: Mercurium alatum, cui gallus assidebat, finixerunt Mercurij pictores & plaste, juvenem formosum sine fuco, Legati. ac sine aliquo comptu, vultu bilari, atque acris oculis.

*Imago
Mercurij
Legati.*

13 Egyptij modo pingebant facie canina bicipitem, duobus Genijs comitatum. Hervart. Theatr. Hieroglyph. figur. 79. Modo facie atrâ pattim, partimque clarissimâ;

eo quod legatus interdum ad Superos, interdum ad inferos mitteretur. Natal. Com. d. Etiam pingebatur, ut legatio monstratur, habens sub pedibus nomen Angeli Jacobiel: id est, Natus Domini (Aucupor, totum Rabbinicum esse ex ridicula cabala) Egyptij ergo Mercurium cum hoccine munere exprimebant specie atque facie Ibis, divaricatis pedibus, esto serpente implicatis, quin obstaret in volatum; cui adstat Anubis cum fistro. Hervart. d. figur. 80. quam in Oedip. Copt. Tom. 2. part. 2. class. 11. cap. 6. Kircher. interpretans, subdit: Nihil aliud denotant, nisi vim Mercuriale nocivorum omnium abactivam. Ipse enim Mercurius studens paci & concordiae malorum Geniorum colebatur expulsor: qua de causa cum ipse Apollini dedicit lyram, vicissim ab eo accepit virginem illam, Caduceum vocatam, in fœderâ disidentium; ut facile pax inter quosvis, virgâ interpositâ conciliaretur. Hujus virtutis cum cuperet Mercurius periculum facere; inter duos angues marem & foeminam, acerrimè inter se dimicantes, conjecit: qui repente facti amici, in unum coierunt. Unde Virga Mercurij fuit postea geminis angubus circumvolutis insignita, & index legationis. Nicander in Alex pharm. & Rhodigin. 21. cap. 16.

14 De Caduceo ex pluribus diximus, 30. Januar. n. 4. Describit Chartar. quod dudum, pag. 209. Erat Caduceus (at) virga erecta, ubi dracones mas & femina parte media voluminis sui invicem nodo obligabantur & priusque partes eorum, reflexa in circulum, pressis oculis ambitum circuli jungabant, & postmodò cavae revocabantur ad capulum caducei, ornabanturque alis, ex eadem parte capuli nascentibus. Nodus dicebatur Nodus Herculis. Caduceus patis insigne erat; & Legati pro pace missi, illam ferebant, qui & Caduceatores appellabantur. Non nulli Caduceo adjungunt cornucopias; ut Martian. Capell. 2. de Nupt. Phryg. & Mercur. & Alciat. emblem. 118. ut notetur copia ac felicitas rerum ex abundantia pacis. Quapropter Apollo hujusmodi donum Mercurio conferens, aptid Homer. Odys. 5. v. 200. dixit:

Hancque tibi virginem, qua felix atque beatus efficere dabo; placeant si munera nostra.

In Caducei hieroglyphico, ut ait Capella Iupr. Egyptij constitutionem hominis obumbrabant, signantes in cuiusvis nativitate

Nodus
Herculis.

Caduceus
cum cornu-
opia.

Homer.

quatuor Deos præstites, seu parædros, Damonem, scilicet, Fortunam, Amorem & Necesitatem: quæ omnia suis mythicis notis in Caduceo exprimebant. Videſis etiam Char-

cujusbie-
roglyphi-
ca.